

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Urkunden und Akten der Stadt Strassburg**

Politische Urkunden von 1266 bis 1332

**Wiegand, Wilhelm**

**Straßburg, 1886**

1277 - 1278

[urn:nbn:de:bsz:31-326704](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-326704)

62. *Bischof Konrad und das Domcapitel von Straßburg beschließen, daß das Lampertheimer Gut künftig dem Capitel allein zugehören und dem Probst dafür eine Entschädigung zugemessen werden soll. 1277 September 30.*

Cānradus dei gracia episcopus, Fridericus prepositus, Bertholdus decanus et  
 5 capitulum ecclesie Argentinensis notum facimus presentium inspectoribus universis,  
 quod propter communem utilitatem ecclesie nostre predictae statuendum duximus et  
 ordinandum, quod . . . capitulum dicte ecclesie nostre fructus mansurne dicte de  
 Lampertheim de cetero percipere debeat et quod ipsa mansurna cum omnibus perti-  
 nenciis suis ad capitulum nostrum perpetuo debeat pertinere et prebendas  
 10 canonicis et prebendariis ministrare. quia vero prepositure ecclesie nostre  
 ex ordinatione hujusmodi aliquid prejudicii generatur, ideo de communi consensu  
 in duos de nostris concanonicis, videlicet Hermanum custodem et Johannem  
 cellerarium ecclesie nostre, conpromisimus sub hac forma, quod iidem statuam et  
 ordinent reconpensationem competentem preposito seu dicte prepositure faciendam  
 15 de beneficiis, quorum collatio seu presentatio ad mansurnarium olim dictam man-  
 surnam tenentem pertinere consuevit, vel alio modo in locum diminutionis juris,  
 quam dicta prepositura seu prepositus Argentinensis per ordinationem nostram  
 suprascriptam poterit sustinere. si vero dicti duo nostri concanonici in unam for-  
 mam nequierint concordare, elegimus concorditer dominum Eberhardum de En-  
 20 tringen nostrum concanonicum pro medio bona fide communiter promittentes, quod  
 ratam habebimus et inviolabiliter observabimus ordinationem, quam duo ex predictis  
 tribus arbitris super reconpensatione exhibenda preposito vel prepositure Argenti-  
 nensi duxerint faciendam vel etiam statuendam. in cujus rei testimonium sigilla  
 nostra presentibus sunt appensa. actum et datum anno domini 1277 feria quinta  
 25 proxima post festum beati Michahelis archangeli.

*B aus Straßb. Bez. A. G fasc. 2719 or. mb. c. 4 sig. pend. partim laesis.*

63. *Fehdebrief Graf Sigeberts von Wörth an die Stadt Straßburg [vor 1278].*

S[igebertus] comes de Werde discretis et providis magistro et consulibus ac  
 30 universis civibus Argentinensibus salutem et obsequium, ut tenetur. quia domini  
 de Lantsperc et alii quam plures fautores nostri tantas perturbationes ac gravamina,  
 quas dominus Libinceller concivis vester Waltram dicto Hunt inferre non desinit  
 nec expavescit, nobis sunt conquesti, de quo animus noster condolet et movetur,  
 idecirco noveritis, quod nos oportet quamvis inviti cum nostris suffraganeis et viris  
 35 jugum belli subire.

*S aus St. St. A. Verschl. Canzlei-Gew. Corp. K lad. 17 or. mb. lit. clausa c. sig. inverso  
 impr. deleto. Dem Schriftcharacter nach fällt das Stück in die zweite Hälfte des 13. Jahr-  
 hunderts; jedenfalls ist es vor 1278, das Todesjahr Graf Sigeberts<sup>1</sup> zu setzen. Für  
 eine nähere Zeitbestimmung fehlen die Anhaltspunkte.*

<sup>1</sup> Das Todesjahr geben die *Annal. Colm. maj. an. (Mon. Germ. SS. XVII, 203)*.  
 Str. II.